

geht die Fälschung darüber hinaus und läßt den Herrscher der Kirche von Toul und ihrem Rektor nicht nur *forrestum et bannum venationis*, sondern auch das *ius propriae possessionis* verbriefen. Vom Formular her gesehen ist noch zu erwähnen, daß die Fälschung eine Strafbestimmung enthält, die im echten Diplom nicht vorhanden ist. GA hat in den von ihm hergestellten Diplomen nie eine Strafformel verwendet.

König Heinrich II verleiht dem Bischof Berthold von Toul den Wildbann über ein Waldgebiet an der Maas.

(Trebur 1011 Juli 18)

Chartular B der Kirche von Toul aus dem 12. Jh. f. 34^r im Departementalarchiv zu Nancy (B).

Die Abschriften des 17. Jh. der Collection Baluze 47 f. 16 und des 18. Jh. in Ms. Latin 16991 f. 236, beide in der Nationalbibliothek zu Paris, schöpfen aus B und konnten daher für die Textgestaltung unberücksichtigt bleiben. Das in B fehlende Eschatokoll wurde aus der Fälschung DH. II. 235 übernommen, wo auch die Varianten verzeichnet sind.

In ^{a)} nomine sanctę et individue trinitatis. Henricus divina favente clementia rex. Si ecclesiasticis facultatibus augmentando subvenimus, divinum magis nobis respectum adfuturum credimus. Qua de re noverit tam presentium quam futurorum industria, quod adierit nostram serenitatem venerabilis Bertoldus Tullensium presul petens, ut ei bannum et potestatem venandi ex his nominandis silvis omnibus ex omni parte his confinibus terminantibus scilicet ex Uedo usque ad Trociacum et ex Trociaco usque Orchadis et ex Orchadis usque ad Ungneium, sicut Mosa fluvius defluit, et ex Ungneio usque Montigneium, sicut silva de Tusiaco separatur, et de Montigneio usque Maluagiam et de Maluagia, sicut Moshola fluvius decurrit, usque Wacon et de Wacon per Mariniuallem inter Fracidem et Uereolum usque in Masonnam fluvium et de Masonna usque Uedum, de Uedo usque Mosam, quod nostrę videbatur ditioni iure pertinere, regaliter concederemus. Cuius petitionibus benigne annuentes contulimus ei regali auctoritate forestale bannum et ius venandi cuiuscumque venationis ex prefatis silvis, ut tam ipse predictus episcopus quam successores sui omnes eternaliter habeant atque possideant, nullusque hominum potestatem venandi et capiendi vel stirpandi in eis aliquid habeat sine licentia et voluntate iam dicti episcopi successorumque suorum. Verum ut quod verius credetur et in dies seculi stabile haberetur, hanc cartam ei fieri et anulo nostro subter corroborari iussimus.

[Signum ^{b)} domini secundi Henrici (M.) regis invictissimi.

Guntherius cancellarius vice Archambaldi archiepiscopi notavi.

Data XV. kalendas augusti indictione VIII, anno dominicę incarnationis millesimo XI, anno vero domini secundi Henrici regnantis X; actum in Tribura regia villa; feliciter amen.]

beant atque possideant, nullusque hominum potestatem venandi et capiendi vel stirpandi in eis aliquid habeat sine licentia et voluntate iamdicti episcopi successorumque suorum.

possideant, nullusque in ea sine ipsius licentia venandi aut capiendi aliquid potestatem habeat.

a) i fehlt B, wo die Initialen unausgeführt blieben

b) Signum-amen fehlt B